



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnium huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

LXXXIV [i. e. LXXXV]. Num quae sint poenitentiae partes Rituales?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

AD VII. Dicitur: nunquam docetur. Nam tres etiam in Veteri Testamento fuerunt visitatae. patet in Dauid, & Niniuitis.

AD VIII. Iudicium hoc temerarium est aut ignorantiae, aut malitiae; Id sequens aperit quaestio.

Q V A E S T I O LXXXV.

Quae sunt Pœnitentiae partes Rituales?

A V T O R. Historica hæc quaestio est ac ritualis; non Controversistica; nisi quantum Luthero-caluinistæ Kemn. & Calvinus mentiuntur. Semper igitur fuit Pœnitentia duplex: *Publica*; in qua peccatum publicum publicè luebatur: *Privata*, in qua priuatim priuata & oeculta Sacramentaliter expiabantur, cum Secreto naturali & Sacramentali. *Publica* erat Solennis, alia Non solennis. *Solennis* erat de culpa publici scandali: semel in vita vni concedebatur: Sacerdoti non poterat imponi, nisi degradato: Quique solennem egisset, ad Ordines nequibat admitti. Nec coniugibus imponebatur sine mutuo consensu; idque à solo Episcopo.

II. Pœnitentes *ordinem* tertium tenebant. Clerici primum; Fideles secundum. *Habitus* erat pullus, cilicinus, caput ralum. *Tempus*, quo imponebatur, erat dies Cinerum: reconciliabantur in die Coenæ, feria V. Pœnæ erant, abstinere ab S. Synaxi; à nuptiis, militia, à patrinatu baptismali: Carere aditu ad Clericatum: Extremâ Vnctione priuari: Omni die Ieiuniorum humiliare capita: Sacerdoti pro eis oranti: Sepelire mortu-

os debebant: Aliis stando orantibus, ipsi genua flectebant. &c.

Q V A E S T I O LXXXVI.

Contritio an sit actio bona, libera, & Evangelica?

EV THERVS *Disput. 1. contra Antinomos* propos. 2. ait Contritionem esse sententiam legis in conscientia, id est terror ex peccato & poenitentia legis. Quia Ierem. 23. *Verba mea sunt quasi malem conterens petras.* Sic **LV THERANI RIGIDI** in idem contentiunt. Hinc tria inferunt: 1. Non esse liberam, sed extortam Passio- nem, non Actionem. 2. Eam pertinere ad Legem, non ad Euangelium. 3. Non esse opus bonum; quin omni opere bono spoliare. Sic Rigidi contra Molles Wittemburgenses; & Kemnitius.

LV THERANI MOLLES aiunt Cōtra. esse opus bonum, Actionemque Euāgelicam. Sic in colloquio Altenburgensi. Et **CALVINVS** *Institut. libro 3. capis. 3. §. 20.* eisdem & Nobiscum assentit.

SVADENT illis. 1. Ierem. 23. *Verba mea sunt.* &c. 2. Quia experientia docet, verè contritos se- se contemere; nil boni, multa mala in se agnoscere, odio prænisiue digno se iudicare. 3. Terrores ipsi sunt, nisi fuga Dei, fremitusque contra Deum, & via ad desperationem.

A V T O R. I. Contritio non est terror. 1. Docent metaphoræ: quia Conteri non est contremiscere; nec contra: potest enim quis contremiscere, & non conteri. 2. Humilitas ferè semper adest comes Contritioni; at non ita terrori: patet in dæmonibus, qui contremiscunt.

II. Contritio est Actio libera; non coacta. 1. Sic Scriptura in meo *Antichristop. 3. q. 32.* 2. Quia Contritio est gratum Deo Sacrificium. *Psal. 50.* oculos Domini trahens. *Isa. 66.* habensque promissio-